

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80159-3*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

LIPSIUS, JUSTUS
HERMANN

TITLE:

DE SOPHOCLIS
EMENANDI PRAESIDIIS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1860

Master Negative #

91-80159-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88SE
L66 Lipsius, Justus Hermann, 1834-1920.
De Sophoclis emendandi praesidiis scripsit
Iustus Hermannus Lipsius. Lipsiae, prostat
apud A. Edelmannum, 1860.
27 p. 26 cm.

Bound with: Lipsius, J. H. Apparatus
Sophoclei supplementum ... 1867.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 14x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 8/13/91 INITIALS MED
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIM

Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

SOPHOCLIS EMENDANDI

PRAESIDIIS

SCRIPSIT

IVSTVS HERMANNVS LIPSIUS.

LIPSIAE

PROSTAT APVD A. EDELMANNVM

BIBLIOPOLAM VNIVERSITATIS.

MDCCLX.

1860.

Fridericus Guilielmus Schneidewinus cum ante hos undecim annos primo Sophoclis sui uolumini praefaretur, unum potissimum etiam nunc ad emendandum poetam desiderari iudicauit, ut quae proba et fida essent emendationis praesidia et quibus fortunae uicissitudinibus poetae fabulae ad nostram memoriam propagatae essent, curiosius exploraretur. Ni mirum procul ille ab eorum hominum iudicio, qui et Aeschyli et Sophoclis quotquot exstant librorum unum et communem fontem Laurentianum plutei XXXII cod. 9 esse affirmarent: id quod de Aeschilo primus G. Burgesius in annot. ad Suppl. p. 41. dixisse narratur, de Sophocle nemo, quod sciam, sibi persuasit ante C. G. Cobetum. Cuius haec sunt uerba in oratione de arte interpretandi Lugd. Bat. a. 1847 edita (p. 103): 'Satis mihi constat, Aeschyli et Sophoclis fabulas, quas habemus, in unico codice, qui nunc in Laurentiana bibliotheca seruatur, ad nos peruenisse: ex quo uetustissimo codice decimo fere p. Chr. saeculo pulcherrime in membranis scripto profluxit, quidquid codicum manu scriptorum ubique inuenitur.' Et paulo infra (p. 104): 'Possim hoc in Sophocle et Aeschilo ostendere, qui tandem aliquando ista turba et farragine uariantium lectionum, unde nihil boni erui potest, liberandi erunt, simulatque de lectionibus archetypi codicis ubique certa fide constabit.' Eandem sententiam post Cobetum de Aeschilo Guilielmus Dindorfius identidem professus est: de Sophocle quod idem eum sentire Schneidewinus perhibet, ego nescio unde didicerit, praesertim cum in hoc poeta recensendo parum constanter eam legem secutus esse reperiatur. Longe certe eo maiorem in exprimendo Laurentiano exemplari diligentiam in Aiace praestitit Gustauus Wolffius, in Oedipo utroque Electra Trachiniis Augustus Nauckius: ex quibus Wolffius, quid de Cobetiano isto praecepto iudicaret, non satis certo declarauit, Nauckius ab eo se non dissentire multis adnotationis criticae locis testatum fecit. At Theodorus Bergkianus quamuis et ipse pauca quaedam solus ad

Laurentiani fidem nouauerit, saepius tamen scripturis alterius librorum familiae, quam ducit codex Parisinus A littera signatus, illius auctoritatem posthabuit. De Bellermanni autem opera in Oedipo priore posita commemorare ad nos non attinet, ut qui libros tantum non eodem omnes loco habuisse uideatur. Itaque de singulari Laurentiani codicis praestantia ut inter omnes dudum conuenit, sic illa a Cobeto mota controuersia multum abest ut iam dirempta uideri possit. Quae tamen utique optandum est ut tandem aliquando componatur. Nam quamquam libri, quibus utimur, quippe ex communi haud dubie omnes fonte deriuati non admodum magno interuallo inter se distant, tamen non ante in emendando poeta satis tuto procedere licebit. Quod autem Schneidewinus ueretur, ne ad eam quaestionem utiliter instituendam codicibus aliquanto diligentius, quam nunc sunt, collatis opus sit, potissima tamen rei capita iam nunc ad liquidum perducere posse sunt, collatis aliquot speciminibus ostendit. *) Sed Schneidewinus cum quae inuenisset significarit potius quam iustis argumentis confirmauerit, hanc ab illo incohata telam si ego resumere et quantum nunc quidem fieri possit pertexere studuero, non inutilem operam susceperis uidebor neque indignam materiam delegisse, qua illustris Afranei annali prouiderem.

Videtur autem Cobeti de Laurentiano sententia iam ab eo aliquid commendationis habere, quod ipse modo dubitari plane non posse professus sum, quin codices poetae omnes ex communi fonte deriuati sint. Cuius rei nescio an nullum grauius argumentum reperiri possit, quam mira quaedam librorum omnium in uersibus integris uel importune infertis (Ai. 554. 1417. El. 1173. Oed. Col. u. post 768. 1716. Trach. 84. Phil. 1365. 1445 **)

*) Inprimis conferatur censura scholiorum supplementi a Dindorfio editi, quam nou. ann. philol. n. 67. (p. 497 sqq.) inseri iussit.

**) Non posui nisi eos locos, quos interpolatos esse iam inter omnes conuenit. In eum numerum miror non iam dudum relatum esse Antigoniae locum a Dindorfio in nouissima deum editione cancellis circumscriptum, u. 506 sq.

ἀλλ' ἢ τυραννὶς πολλὰ τ' ἀλλ' ἐδάμωναί
κῆρ' ἐστὶν αὐτῇ δρῶν λέγειν θ' ἂ βούλειται,

qui uersus mihi semper ab oratione Antigoniae uidebantur alienissimi. Non enim hoc dicere debebat, tyranno dicere facere licere quid uellet, sed potius hoc, quidquid ille ageret neminem contra obsistere audere. Quod si quis uersus in hunc sensum interpretandos esse dixerit, uerbo tamen id quod summum est significari oportuit. Accedit quod proxima Creontis uerba σὲ τοῦτο μόνῃ τῶνδε Κασμείων ὄρεος non possunt ad eos quos notaui uersus referri, sed ad proxime antegressos hos:

uel quod semel certe accidit (Antig. 1167 *) neglegenter omissis consensio. Liber autem ille archetypus cum iam multis modis deprauatus esset, hinc ad omnia apographa promanauit ingens uitiorum numerus, de quorum parte ne suspitio quidem unquam mota esset, nisi felici casu contigisset, ut grammaticus aliquis uel alius quidam scriptor uerba poetae genuina conseruaret. Talium locorum indicem composuit Dindorfius in praefat. annot. Oxon. p. VII sq., quo qui hoc agat facili negotio iam duplo maiorem efficere poterit. Sed quod etiam maiorem Cobeto fidem facere uidetur, prae multitudine mendorum, quae libros uniuersos obsident, non ualde luculentus est locorum eorum numerus, qui in Laurentiano grauius corrupti aliorum exemplarium ope restituti sunt. De quo Nauckius unicuique iudicandi potestatem fecit indicibus utilissimis, quibus ad calcem singulorum uoluminum discrepantes Laurentiani libri lectiones comprehendit. Ni mirum saepissime ubi quod prima manus in eo libro posuit, a reliquorum uel omnium uel plurimorum scriptura recedit, haec in Laurentiano quoque postea aut in prioris locum substituta aut supra lineam scripta aut in margine adnotata inuenitur. Qua re facile perspicitur in quantas difficultates quaestio omnis implicetur, praesertim cum a quam quidque manu scriptum sit in uno fere Oedipo rege G. Wolffii beneficio compertum habeamus, qui (in nou. mus. Rhen. u. 9. p. 118 sqq.) Oedipi tyranni denuo cum codice La collatae lectiones edidit. Neque enim sola manus prima multos errores a se commissos correxit, sed postea aliae tres uel plures in eodem negotio occupatae fuerunt: quas quam difficile sit inter se discernere, discas ex iis, quae de hac manu diuersitate diuersa retulerunt Wolffius l. d. et de Aeschilo Dindorfius praef. edit. Lips. tert. p. III sq. C. Prienius et Otto Ribbeckius in Ritschelii praef. Sept. p. VI sqq. Itaque quod nuper Nauckius et R. Enger (philol. u. 15. p. 93) optauerunt, ut quis codicem denuo diligentissime examinandum suscipiat et ad illam potissimum manu diuersitatem animum attendat, id cum omnium intersit, tum iis maxime expetendum est, qui Cobeti iudicium secuti eo solo emendandi praesidio utuntur. Hi enim non poterunt nisi eis fidem habere, quae a prima manu cor-

καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν ἐκλείετορον
κατέσχον ἢ τὸν ἀντάδελφον ἐν τάφῳ
τιθείσα; τοῦτοις τοῦτο πᾶσιν ἀνδάνειν
λέγοιτ' ἂν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλίσει φόβος.

Sic enim potius quod in libris est ἐγκλείσει mutandum esse censeo, quam quod plerisque cum Dindorfio placuit ἐγκλίσει scribendum. Et ἐγκλείσει iam Erfurdium suasisse uideo.

*) Falsum esse quod Dindorfius in annotat. Oxon. Laurentianum hunc uersum habere dicit, et ex Elmsleii silentio colligitur et G. Wolffus a me rogatus suo testimonio confirmauit.

recta esse constat, quippe quae in retractanda prior scriptura unum archetypum secuta esse uideatur.*) At ea manus, quam Dindorfius diorthotae, Wolfius recentem dicit, quamquam ipsa quoque, quod et Dindorfio uisum est et ego infra probaturus sum, codice Laurentiani archetypo uel eius simillimo usa est, tamen eadem dubium non est quin multa admiscuerit, quae sola coniectura nitantur.**) De reliquis quippe inferioris aetatis correctoribus quaerere non opus est. Neque uero quidquam ad Cobetum eiusque sectatores pertinent reliquorum codicum testimonia, ut quos illi sua ab Laurentiano demum sumpsisse sibi persuaserint. Aliquanto tamen minus istud incommodum dolebunt, qui aliquas ceteris quoque libris in emendando partes tribuendas esse existimant: quorum

*) Iudicauit hoc Schneidewinus philol. u. 8. p. 551 exemplo usus Oed. Col. u. 63, ubi Laur. *πλέον* habet, sed ab eadem manu supra scriptam *ω* litteram, ut sit *πλέω*, quod etiam apud Suidam u. *ξυνουσία* legitur. Etenim quod Schneidewinus (ann. p. 498) Suidam, quo nemo diligentius fabulas Sophocleas expilauit, non alium fontem nisi Laurentiani archetypum adhibuisse existimauit, id ita certe uerum est, ut ille nisi poetae uerba aut aliunde quam ex suo poetae exemplari (ut Oed. Col. u. 469—473 u. *χοάς* ex schol. Ar. Ach. u. 960) sumpsit aut quod saepe numero factum suo Marte corruptit, plerumque cum Laur. codice qualem prima manus scripsit apprime conueniat. Vnde iam illud consequimur, ut iis certe locis unius Laur. uestigiis insisteri non posse appareat, ubi aliud quid in eius archetypo fuisse Suidae testimonio probetur. Quo nomine Dindorfius peccauit cum Oed. Col. u. 1474

πῶς ὄσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις; propter *τοῦτο* uocem in Laur. omissam sic transformauit:

πῶς ὄσθα; τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις, πάτερ; Sed pronomen tuetur Suidas u. *τῷ δὲ τοῦτο*. Ceterum quod Schneidewinus memoratu dignum esse ait, quod interdum Suidae librorum alii cum Laur. A consentiant, alii contra eum faciant, cauendum tamen est, ne talem uarietatem continuo ad ipsum codicem archetypum referamus. Ita quod Oed. reg. u. 13 *τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτίρων ἔδραν* in Soph. Par. A et Suidae cod. A *μῆ*, in Laur. A et reliquis Suidae libris *μῆ οὐ* legitur, non minus casu accidisse uideri potest, quam similis uarietas Aiac. 259. El. 721. Trach. 228. Phil. 237. In altero autem quo Schneidewinus utitur loco Oed. reg. u. 18 *οἱ δὲ τ' ἠϊθέων*, quod apud Sophoclem Par. A et Laur. A man. sec. habent, apud Suidam teste Bernhardy nusquam est nisi in editionibus uulgaribus, Kusteri scilicet et Gaisfordii. De aliis quibusdam locis infra dicendi erit locus. Neque uero ullus in ea quaestione usus est cod. Suidae Florentini E, ut qui permultis locis ad Sophoclis exemplum interpolatus esse deprehendatur.

**) Parum recte Schneidewinus ann. p. 498: 'Die m. sec. hat nicht, wie man behauptet hat, nach einer andern handschrift berichtet, sondern auf gut glück nachgebessert.' Quod si uerum esset, continuo in Cobeti partes concedendum foret.

sententiae cum ego quoque addictus sim, iam eius rationes mihi reddendas esse intellego.)*

Et numerus quidem eorum locorum admodum speciosus est, quibus quae Laurentiani scriba peccavit nec posterior manus emendauit, aliorum demum librorum fide ex communi omnium editorum recentiorum consensu correctae sunt. Velut in uno Oedipo Coloneo centum amplius quadraginta, in Philocteta fere octoginta uersus computaui. Sed quoniam eorum longe maxime pars in leuioribus erroribus consistit, ut emendatio uel sine antigrapho repertu fuerit facillima, bonis chartis parsurus potiora tantum exempla proferam, de quibus non aequae simplex est iudicium.

Aiac. u. 28 *νέμει* 'ueteres codd.' Brunckii *τρέπει* La Lb Pal. *Δ* Aug. b.

u. 546 *πὺν τόνδε* 'plerique codd. uett.' Br. *τοῦ τόνδε* La Lb pr. *τοῦτόν γε* Lb corr. *Γ* Pal. decem alii.

Electr. u. 516 Pro *αὐτὸ στρέφει* La Lb Pal. Eustath. *αὐτὸ τρέφει*, Suid. cod. opt. *ἐκτρέφει*.

u. 1094 *ἐν ἐσθλῇ* 'codd. plerique' Br. tres Johnsoni. Harl. *ἐσθλῇ* La Lc *Γ* ἐπ' *ἐσθλῇ* Lb Pal. *Δ* Tricl.

Oed. reg. u. 166 *καί* om. La cum septem deterioribus.

u. 895 La solus addit *πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς*.

Oed. Col. u. 138 *ἐγὼ* A Ra *ὄρᾶν ἐγὼ* La Lb F Rb B V, unde *ὄρᾶν* Triclin.

u. 170 *ἐλθῆ* A Ra *ἐλθοι* La cum rell.

u. 327 *δύσμοιρ' ὄρᾶν* A *δύσμορ' ὄρᾶν* La Lb F Ra Rb, unde *δύσμορ' ἐσορᾶν* BTV Farn.

u. 381 *καθέξον* A *καθέξων* La cum rell.

u. 423 *αὐτοῖν* A Ra Lb *αὐτῶν* La cum rell.

u. 443 *ἀλλ' ἔπους μικροῦ* A Ra Lb *ἀλλὰ πὺν σμικροῦ* cum plurimis La teste Elmsl., *ἀλλέπὺν σμ.* teste Nauckio.

u. 786 *ἄνατος* solus A *ἄνατος* La BFRab T Suid.

u. 945 *κῆρυγρον* A Ra *κῆρυγρον* La cum rell.

u. 1110 *εἰ' ἄν* A Ra Lb *ὅταν* La cum rell.

*) P. Elmsleius praef. Oed. tyr. p. 28. ed. 3 (p. VII. ed. schol. Lips.) membranas Laurentianas non esse ceterorum codicum archetypum uel inde satis constare putauit, quod OR. u. 166 *καὶ* in Laur. omissum est. Non enim ex coniectura id additum esse a librariis, quibus nulla de metro suspitio fuisse uideretur. Sed hic solus locus uereor ut tantum apud omnes ualiturus sit.

- Oed. Col. u. 1130 *καί μοι χέρ' ὄναξ δεξιάν ὄρεξον* A Ra Lb x. μ. *χαῖρ' ὄναξ δεξιάν τ' ὄρ.*
 La F, unde BTV *καί χαῖρ' ἄναξ δεξιάν τ' ὄρ.*
 u. 1415 *τὸ ποῖον* A Ra Lb *ποῖον* La FT Farn. *μοι ποῖον* BV Ven.
 u. 1432 *ἔμοι μὲν* A Ra Lb *ἔμοι* La F *ἔμοι γ'* B Ven. T Farn.
 u. 1640 *φρενὶ* A Ra Lb *φέρει* La cum rell.
 u. 1669 *φθόγγοι σφε* A Ra Lb *φθόγγοις δὲ* La cum rell.
 u. 1725 *ῥέξομεν* A Ra Lb *ῥέξομεν* La cum rell.
- Antig. u. 29 *ἄκλανστον ἄταφον* omnes ut uidetur praeter La Lb F, qui *ἄταφον ἄκλαντον*
 et R, qui *ἄτ. ἄκλανστον.*
 u. 386 Pro *εἰς δέον* La FR *εἰς μέσον.*
 u. 575 Pro *ἔφν* La F *ἔμοι.*
 u. 757 Pro *κλέειν* La F *λέγειν.*
 u. 831 Pro *τέγγει θ'* La *τάκει θ'*, unde F *τάθει θ'.*
 u. 837 *ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν* inserunt codd. omnes praeter unum A.
 u. 1098 Pro *κρέον* La Lb *λακείν* ex u. 1094.
 u. 1109 *σ' τ' Α' Ξ' τ' Λα,* unde plerique *ἔτ' Λα,* Dresd. a (Tricl.) *ἔτ' ἰτ'.*
 u. 1197 *πεδίον ἐπ' ἄκρον Α' πεδίον ἐπ' ἄκρων* La, unde *πεδίον ἐπ' ἄκρων* Dresd. a,
πεδίον ἐπ' ἄκρων reliqui.
 u. 1238 Pro *πνοήν* La Lb F Aug. b Liu. v *ρόήν.*
- Phil. u. 139 *γνώμα* 'uett. codd.' Br. Harl. *γνώμας* La Tricl. *γνώμα γνώμας* BRV Γ
 u. 220 Pro *ναυτίλω πλάτη* La R *κακ ποίας πάτρας. Γ κατὶ ποίας πέτρας (γρ πάτρας)*
 ex u. 222.
 u. 241 *οἶσθα δὴ Α' οἶσθαι δὴ* Harl. *οἶσθ' ἤδη* La cum rell.
 u. 770 *ταῦτα* om. La R.

Accedunt loci tres, quibus discedens a Laurentiano codicum scriptura aliunde confirmata est:

- Oed. reg. u. 62 *ἄλγος* in La teste Wolfio omissum tuentur Teles Stob. flor. 95, 21. Suid.
 u. *γνωτός.*
 Oed. Col. u. 71 *μολεῖν* AR Suid. u. *καταρτίσων. μύλοι* La cum reliquis.
 u. 1474 *πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις* AR Lb Suid. *πῶς οἶσθα; τῷ δὲ*
συμβαλὼν ἔχεις La F, unde BTV Farn. Ven. *πῶς οἶσθα τοῦτο; τῷ δὲ σ. ἔ.*

Has uero lectiones omnes qui non ex libro aliquo hac quidem in parte Laurentiano integriore repetitas, sed felici grammatici alicuius coniectura inuentas esse autemet, criticum animo concipiat oportet intellegentissimum et longe diuersum ab iis, quos alias in

tragicorum fabulas grassatos cognouimus. Sed ne hac quidem exceptione uti licebit in loco Antigoniae, qui Creontis est cum Antigona agentis u. 480 sqq.

*αἴτη δ' ἰβριζέειν μὲν τότ' ἐξηπίστατο
 νόμους ὑπερβαίνουσα τοῖς προκειμένους·
 ἕβρις δ' ἐπεὶ δέδρακεν, ἴδε δειντέρα
 τοῖτοισι ἐπαυχεῖν καὶ δειδρακέντων γελᾶν.*

Huius enim postremi uersus in Laur. prorsus nullum uestigium exstare Elmsleius et Wolffius consentientes testantur: quem tamen uersum non esse a Sophocle scriptum neque adhuc quisquam credidit neque credet opinor in posterum. In alio quidem loco Oed. reg. u. 798 sqq.

*στέλιον δ' ἰκνοῦμαι τοῖςδε τοῖς χρόνος, ἐν οἷς
 σὺ τὸν τέραννον τοῦτον ἔλλυσθαι λέγεις.
 καὶ σοὶ γίνου τὰληθῆς ἐξερῶ. τριπλῆς
 ὅτ' ἦν κελεῖθον τῆςδ' ὀδοιπορῶν πέλας κτλ.*

cum uersus 800. in Laur. manu recentissima saeculo quarto uel quinto decimo adscriptus sit, ut hinc certe in reliqua exemplaria uenire non potuerit, solus quod sciam Nauckius eum ut infimae aetatis additamentum abiiciendum esse censuit. Sed huic iudicio una Laur. auctoritas patrocinari uideri poterit. Nam quod ille uersum plane superuacaneum esse dixit, id tantum abest ut ego comprobem, ut uersum aptissime eo loco interpositum esse affirmem, quo Oedipus ad illud facinus narrantum peruenit, quod cum maxime sibi fatale esse iam ipse animo praesagit. Neque sine iusta causa Bellermannus uersu omissio particula coniunctiua opus fuisse existimat. Itaque Nauckium solam constantiae laudem meruisse iudicamus: Dindorfius autem cum utrumque uersum patienter ferret, suo exemplo peropportune commonstrauit, legem Cobetianam in recensendo poeta satis constanter seruari non posse.

Sed superest aliud quid, per quod ne ea quidem exempla omnia satis tuto ex Laurentiano deducta credere licet, quae proxime ad illius similitudinem accedunt, indicatum illud iam a Schneidewino ann. p. 498. Est Codex inter libros ex bibliotheca abbatiae Florentinae in Mediceam illatos 2725 scriptus teste Wolfio (diar. antiq. stud. a. 1855. p. 42) a. 1298, qui Aiacelem Electram Oedipum regem Philoctetam comprehendit, littera Γ (in scholiis G) a Dindorfio notatus, quem eius lectiones in praefatione editionis Teubnerianae a. 1825 uulgasse constat. In eo libro permulta librarii alucinationibus corrupta leguntur: sed in reliquis quam arta ei cum La necessitudo intercedat ut unus quisque ipse existimare possit, scripturae discrepantiam ex Oedipi regis uersibus trecentis prioribus collec-

tam huc subiiciam, omissis eis Γ erroribus, quorum usus nullus est et uarietate ad προσφ-
 δίαν pertinente, qua in re Γ non satis accurate collatus est.

	La pr.	La corr.	Γ
* 11	στέφξαντες	στέξαντες	(στέφξαντες)*
** 18	οἱ δε ἡϊθέων	οἱ δε τ' ἡϊθέων	οἶδε τ' ἡϊθέων
** 25	ἐν κάροποις	ἐγκάρποις	(ἐγκάρποις)
** 26	βοννόμοις	βοννόμοις	(βοννόμοις)
** 31	οὐχ	οὐχ	(οὐχ)
32	ἐζόμεθ'		ἐζόμεθ'
** 34	συναλλαγαῖς	ξυναλλαγαῖς	(ξυναλλαγαῖς)
* 42	ἡμῖν εὐρεῖν	εὐρεῖν ἡμῖν	ἡμῖν εὐρεῖν
** 43	του	που	(ποιν')
** 49	δεῖς	δὲ τῆς	(δὲ τῆς)
** 50	σπάντες	σπάντες τ'	(σπάντες τ')
** 52	τόθ'	τότ'	(τότ')
† 62	ἑμῶν εἰς		(ἑμῶν ἄλγος εἰς)
67	πλάναις	πλάνοις	πλάναις γρ. πλάνοις (?)
** 72	τῆνδ' ἐρυσάμην	τῆνδε ἐρυσάμην	(τῆνδε ἐρυσάμην)
77	ῥοα		ῥοα
** 83	πανκάρπου	παγκάρπου	(παγκάρπου)
* 102	τῆνδε	τῆνδε	τῆνδε
* 105	εἰσίδον	εἰσίδον	εἰσίδον
* 112	ἢ ἐν	ἢ ἔν	ἢ ἐν
* 117	κατεῖδεν	κατεῖδ'	κατεῖδεν
** 127	ἐγίνετο	ἐγίνετο	ἐγίνετο
* 130	τὸ . . πόσιν	τὰ . . ποσίν	τὸ . . ποσὶ
* 134	πρὸ τοῦ	πρὸ τοῦ	πρὸς τοῦ**)
** 139	ἐκείνος	ἐκεῖνον	(ἐκεῖνον)
* 142	ὡ σάχιστα	ὡς τάχιστα	ὡ τάχιστα
** 145	δράσαντος	δράσσοντος	(δράσσοντος)
† 147	ἰστώμεθα		(ἰστώμεσθα)
** 151	ἀδνεπὲς	ἀδνεπῆς	(ἀδνεπῆς)

*) Vncis inclusi eas scripturas, de quibus ex conferentis silentio conclusum est.

***) Proba est lectio πρὸς τοῦ θανόντος, quam cur vel Nauckius alteri post habuerit non exputo.

	La pr.	La corr.	Γ
** 159	πρωτάν	πρωῦτα	(πρωῦτα)
* 159	κεκλόμενος	κεκλωμένω	κεκλήμενος
† 166	ἔλθετε νῦν		(ἔλθετε καὶ νῦν)
** 170	τῆς	τις	(τις)
** 176	ἄπερ	ἄπερ	(ἄπερ)
** 180	θ' ἄ	δὲ	(δὲ)
** 181	θαναταφόρα	θανατηφόρα	(θανατηφόρα)
185	(ἐπιστοναχουσι)		ἐπιστεναχουσι
** 186	παιῶν	παιῶν	(παιῶν)
193	(δράμημα)		δρόμημα
** 208	Λύκει'	Λύκει'	(Λύκει')
* 212	μονόστολον	γρ. ὁμόστολον	μονόστολον
** 218	κάννακουφίσειν	κάννακούφισιν	(κάννακούφισιν)
221	αὐτὸ		αὐτὸς γρ. αὐτό
* 229	ἀσφαλῆς	γρ. ἀβλαβής	ἀσφαλῆς
	σημ		
* 234	ἀπόσει	ἀπόση	(ἀπόσει)
** 236	τὸν	τὸν	(τὸν)
** 240	χέριβος	χέριβας	(χέριβας)
249	γένοιτ' ἄν		γένοιτ' ἄν
** 252	τὰ	ταῦτα	(ταῦτα)
* 257	βασιλέως	βασιλέως τ'	βασιλέως
** 260	ἔχων	ἔχων	(ἔχων)
* 281	οὐδὲ εἰς δύναται	οὐδ' ἄν εἰς δύναται	οὐδὲ εἰς δύναται
	οἶ		
** 287	οὐ κεν ἀργως	οὐκ ἐν ἀργοῖς	(οὐκ ἐν ἀργοῖς)
290	τ' ἄλλα		(γ' ἄλλα)
	ξ	ξίων	
* 297	οὐξελέγγων	οὐξελέγγων	οὐξελέγγων

In his loci sunt tres cruce notati, quibus La corruptus ex Γ emendari potest, totidem (32. 77. 249.) quibus utriusque commune est uitium aliorum librorum ope correctum: dubia res est de u. 221., ubi quamquam rectum est αὐτός, *) uix tamen id Γ scribam in suo

*) Quod nuper Th. Koekius (stud. Soph. II. p. 19) locum 'haud dubie' sic intellegendum esse pronuntiauit, ut Oedipus nisi alienus a facinore esset, non diu sibi quaerendum fore diceret, quin indicium eius inueniret, sententiam intulit, quae participio inesse non potest,

exemplo inuenisse credam. Vbi duplex in La exstat scriptura, *Γ* modo cum priore modo cum posteriore consentit, quorum locorum illis singulos, his binos asteriscos praefixi *). Sed cum altera manu eum fere nusquam conuenire uides, nisi in iis mendis corrigendis, quorum medela in promptu erat: grauiora tantum haec sunt, quae u. 43. 151. 181. 252. 260 leguntur. Postremo loco accedunt ii loci, quibus *Γ* utramque loci lectionem exhibet, alteram in textu alteram in margine uel supra uersum scriptam Ai. (50. 208.) 1053. 1056. 1120. El. 204. 422. 885. 1449. OR. 67. (?) 375. 957. 1401. Ph. 1052. 1366. (1401). Quae cum ita comparata sint, facile quis *Γ* ex La descriptum esse sibi persuaderet, nisi illud aliquam dubitationem moueret, quod ille a parte certe eorum uitiorum immunis est quibus La deturpari supra monstrauius. Cfr. praeter OR. 62. 166 etiam Ai. 28. OR. 800. 895. Ph. 770. Sed in eodem *Γ* etiam scholia leguntur a Dindorfio in altero scholiorum Oxoniensium uolumine edita: quae non ex La, sed ex alio libro huic consimili transscripta esse editor ipse (praef. p. V) inde concludit, quod *Γ* scholia nonnulla, quibus L caret, seruauerit, alia integriora quam L exhibeat et saepe cum Suida consentiat, ubi is ab L dissentit. Itaque Dindorfius Suidam libro usum esse putauit, 'qui similis fuerit ei, ex quo *Γ* originem duxit.' Sed cum uix minus frequenter Suidas a codice *Γ* discrepans cum La concordet **), subinde autem solus uerum seruauerit, multo probabilius exemplum a Suida usurpatum ei simillimum fuisse statuemus, a quo communis et La et *Γ* codicum origo repetenda est. ***) Quodsi uel hinc colligere licuerit, etiam ipsam poetae orationem non ex La, sed ex archetypo eius in *Γ* codicem transscriptam esse, tum eam sententiam magis etiam iis commendari certum est, quae supra de huius libri indole exposuimus. †) Inde uero iam illud consequens est, in isto exemplari archetypo magnam uarian-

sed ita exprimenda fuit: *ὁ δὲ γὰρ ἂν μακρὰν ἔχενον αὐτὸς ὥστε μὴ οὐ λαβῆναι τι σὺμβόλον.* Equidem non uideo, quid in eo loci intellectu merito displiceat, quem a Sinteni (philol. 5. p. 743 sq.) indicatum Schneidewinus in ed. altera secutus est.

*) Ad prius genus cur etiam u. 142. 159. 257. reuocauerim, nemini obscurem fore arbitror.

**) Documento sint scholia quaedam Electrae in *Γ* uel tota (u. 176. 179. 181. 381.) uel ex parte (u. 42. 119. 451. 492. 686.) omissa, quae omnia Suidas in suo exemplari reperit.

***) Ad eandem prosapiam referuntur codices bibliothecae Laurentianae XXVIII, 25 et XXXII, 40 (FH), quorum uterque in Oed. reg. u. 1246 desinit: ex quibus quamquam pauca tantum Dindorfius excerpsit, tamen etiam hi neque ex La neque *Γ* deriuati esse uidentur.

†) Vita poetae et Aiacis fabulae hypothese quibus La caret praeter alios libros in *Γ* seruatis uti nolui, quoniam eas in La antiquitus exstitisse nisi codice ipso explorato negari nequit.

tium lectionum partem adscriptam fuisse, quae in La adnotatae exstant: *) qua re etiam hoc facillime explicatur, quod aliquoties in hoc libro duae lectiones in unam coniunctae reperiuntur. Velut Oed. Col. u. 475 in La legitur *οἰνεοτόκωι*, quod ex duplici scriptura *νεοτόκω* (quam habent A Ra) et *οιοπόκω*, quarum haec supra lineam repetita est, conflatum esse patet: et u. 139 pro eo, quod nunc ex A Ra editur *ὁ δὲ ἐκείνος ἐγὼ· φωνῆ γὰρ ὄρω* in La Lb BFRb V est *ὁ δὲ ἐκείνος ὄρω ἐγὼ· φωνῆ γ. ὁ.* unde Triclinius effinxit *ὁ δὲ ἐκείνος ὄρω· φωνῆ γ. ὁ.* Itaque si quam scripturam in La archetypo comparuisse codicis *Γ* testimonio efficiatur, nihil refert sitne ea a prima an altera manu profecta: neque iam ei dubitationi multum tribuimus, num recte Wolffius (l. d. p. 119) et Prienius (p. 220) scholia ad eundem qui textum scripsit librarium retulerint. Denique illud uerbo indicasse satis habeo, mendis talibus qualia ex *Γ* ad u. 192. 257. adnotauimus, non mediocriter eorum sententiam adiuuari, qui La archetypum quamuis ex codice litteris uncialibus scripto deriuatum ipsum tamen minusculis quae dicuntur exaratum fuisse iudicant.

Iam uero si recte codicis eius a quo La oriundus est condicionem descripsimus, uidentum est an non quod de *Γ* probasse uidemur, aliis quoque in libris usu uenisse existimandum sit. Et codex Palatinus 40 saec. XIII uel XIII tres priores fabulas complexus, quem primus Bothius, aliquanto diligentius seminarium philologici Heidelbergensis socii tres contulerunt (in actis seminarium a L. Kaysero a. 1839 editis), similis est libri *Γ* ita, ut propius etiam ad Laurentiani fidem accedat. Nam in trecentis istis Oedipi uersibus praeter eos locos, ubi etiam *Γ* cum prima Laur. scriptura consentit (u. 11. 32. 42. 77. 105. 112. 117. (130.) 134. 153. 212. 221. 229. 249. 281 (*ὁ δὲ εἶς*). 297.), Palatinus solus eam sequitur u. 31. 34. 43. 50. 151. 181. 185. 208. 252. 257. 290. et uel in orthographicis consensus notatur u. 27 (*ἐν δ'*) 86 (*ἡμῶν*). 103 (*ὄρω*). 130 (*πόσι*). Contrario modo u. 102 accidit, ut La pr. *τηνδε Γ τῆδε* Pal. La sec. *τηνδε* exhiberent et si ex Ebneri silentio concludi licet, u. 281, ubi in Pal. *δέναιθ'* legi uidetur. Restant loci duodecim, quibus cum La contr. uterque liber congruit, u. 25. 67 (?). 127. 145. 159. 170. 176. 180. 218. 236. 240. 260. 287.: u. 139 Palatini *ἐκείνο* ambiguum est utrum *ἐκείνος* an *ἐκείνον* interpreteris. Illud in Palatino rarius quam in *Γ* factum est, ut duplicem Laur. scripturam seruaret, ut Oed. reg. u. 101. 234. Sed quoniam in Palatino quoque nonnullae earum lectionum reperiuntur, quas in La non obuias uix tamen grammaticis debere iudicauimus (OR. 62. 166. 895), ne

*) Similiter de Aeschilo iudicauit Prienius (n. mus. Rhen. 9. p. 220), cuius ipsa uerba apposuisse iuuabit: 'Diese Erscheinungen finden ihre Erklärung in der Annahme, dass der Med. die Abschrift eines solchen Codex ist, der durch und durch mit Vergleichung mehrerer Handschriften gefertigt war.'

hunc quidem librum uideo cur ex ipso potius La quam ex eius archetypo originem traxisse censeamus. Confecta res foret, si pro explorato sumere liceret, Palatinum priore tempore scriptum esse, quam Oed. reg. u. 800 in La illatus est.

Impeditius etiam est iudicium de alio bibliothecae Laurentianae codice plut. XXXI. 10 (Lb) qui fabulas omnes complectitur, scriptus ut Bandinio II. p. 86 uidetur, saeculo quarto decimo. Quem qui scripsit cum saepe numero uerba poetae de sua coniectura immutaret. alias ad La societatem ita se applicauit. ut multae eius scripturae explicari omnino non posse uideantur, nisi ipsum La ei propositum fuisse statuamus. Exempla ponam ex Oedipo Coloneo collecta, quam ad fabulam diligentius quam ad ceteras Elmsleius librum contulit.

- u. 63 ^ω πλέων La ^ο πλέων Lb πλέων Suid. πλέων reliqui.
- u. 79 ^{γ^ε} κρινούσι σοι La F κρ. σοί γε Lb κρινούσι γε reliqui.
- u. 333 ^{ων} λόγοις τ' ABV λόγοις γ' La Rb λόγων Lb Tricl.
- u. 450 ^{ου} λάχωσι La FRb λαχούσι Lb λάχωσι reliqui.
- u. 492 δ' ^α ^ν La FRb δ' ^α ^ν Lb δέ reliqui.
- u. 564 ^{ων} ἤθλησα κινέματ' La 'correctus tamen ab eadem manu' ἤθλησα κινέματ' Lb.
- u. 587 ^{ω.} οὐ μικρὸς οὐν La 'ultima litera a correctore erasa' οὐ μικρὸς οὐν FRb ὄς μικρὸς οὐκ Lb οὐ σμ. οὐκ ARa.
- u. 632 ^{γίλο.} δοριζένοσ La ^{γίλο.} φιλόζενος Lb δοριζένοσ reliqui.
- u. 726 ^{κρῶ} ἐγὼ κρῶ Lb κρῶ reliqui.
- u. 840 σοὶ δ' ἐγὼ δ' La FRb σοὶ ἐγὼ δ' Lb σοὶ δ' ἐγὼ γ' reliqui.
- u. 938 ^{ων} δρῶν δ' ἐγενόσκη uulgo δρῶν τ' ἐγ. La δρῶν τ' ἐγίσκει Lb.
- u. 1010 τᾶσδε θεᾶσ La τᾶσδε νῦν θεᾶσ Lb τᾶσδε τᾶσ θεᾶσ reliqui plerique.
- u. 1104 ^{ων} προσέλθετ' ὦ παῖ πατρί uulgo, ^{ων} πρόσελθ' ὦ παῖ π. La F, ^{ων} πρόσελθ' ὦ παῖ πατρί ^{ων} σου Lb ad uersum scilicet explendum.
- u. 1124 πόρειεν La pr. F πόρειαν Lb πόρειεν La corr. reliqui.
- u. 1125 τοῦτό γ' La F τόδ' Lb τόγ' reliqui.
- u. 1529 στέργω νόμωι La στέργω νόμω F στέργων νόμω Lb στέργων ὁμῶσ reliqui.

Verumtamen ne his exemplis tantum tribuamus, quantum Schneidewinus philol. 8. p. 551. tribuisse uidetur, ut Lb ex La descriptum esse putemus, iam his locis satis cautum

est, quos ex Oedipo Col. supra recensuimus p. 7 sq. Et si omnem scripturae discrepantiam perlustraueris ad fabulam illam ab Elmsleio exhibitam, facile persenties, quanto intervallo Lb ab iis libris distet, quos La apographa esse non dubium est. Grauisssimus testis accederet Antig. u. 483 in La omissus, si eum in Lb exstare ex Elmsleii silentio satis tuto colligeretur. Sed ne sic quidem dubitamus de Lb idem atque de F et Pal. affirmare et quas modo notauimus scripturas ab ea codicis, unde La fluxit, condicione repetere, quam ad F libri exemplum descripsimus p. 12 sq. Tertius restat eiusdem bibliothecae codex saec. XIII. plut. XXXII. 2 (Lc) fabulas omnes praeter Oed. Col. continens, item ab Elmsleio inspectus: de quo idem ni fallor probare liceret, si eo paullo diligentius comparato uteremur.

Ceterum omnis de his libris quaestio non ideo instituenda fuit, ut iis scripturis maior fides fieret, quae ex illis solis in orationem poetae receptae sunt. Eae enim neque multae sunt et ita omnes comparatae, ut ex La scriptura facili negotio elici potuerint. Velut Electr. u. 1304 quod cum Pal. legitur *λεξάμην* in La *δεξάμην* latere iam Heathius intellexit et u. 57 *φέρωμεν* multo ante reposuerunt quam id in F inuentum est. Hisque similia u. Ai. 621. 956. 1204. El. 859. OR. 943. 1182. OC. 1338. Ant. 858 al. Ni mirum quod illis libris commune fuisse dicimus cum La archetypum, hoc codice tanta fide expressum esse existimandum est, ut ceteris raro relinqueretur, quod in illo corruptum ipsi integrum seruarent. At si uera sunt, quae adhuc disputauimus, hanc patet esse illorum codicum auctoritatem, ut locis controuersis quid in eo libro scriptum fuerit, unde La originem duxit, illorum ope cognoscatur. Quod qualem uim habeat, ut uno aliquo exemplo illustretur, Oed. Col. u. 1104 sq. Oedipus filias a Theseo ad se reductas his uerbis alloquitur:

*πρόσέλθετ' ὦ παῖ πατρί καὶ τὸ μηδαμὰ
ἐπισθὲν ἤξιν σῶμα βυστάσαι δότε.*

Horum uersuum posteriorem cum La in margine et si Cobeto fides manu secunda scriptum habeat, Nauckius uidendum esse ait, annon uersus interpolatus et praecedentis uerba extrema *καὶ τὸ μηδαμὰ* corrupta sint. Cui sententiae iam ne leuissima quidem probabilitatis species subest, ubi uersum illum in La archetypo fuisse codicis Lb indidem deriuati indicio comperimus. Et simili ratione alios locos complures ab importunis eiusdem maxime Nauckii suspicionibus defendas, quos ille unius La lectionibus superstruxit.

Iam uero si Cobeti decretum neque de omnibus libris Sophocleis obtineri posse et uero etiam eorum nonnullos excipiendos esse monstratum est, qui La sunt simillimi, non desunt tamen, quos huius apographa esse negari non possit. Manifesta res est in codice Parisino 2886 (F) saec. XVI, Antigonam Oedipum Coloneum Trachinias Philoctetam

complexo, quem primus uersauit Godofr. Faehsius *) (u. eius sylloge lectionum Graecarum Lips. a. 1813 edita p. 245 sqq. 269 sq.), diligenter contulit ad Oedipum Coloneum Elmsleius, ad Antigonom Mieskovsky Petropolitano in usum Wexii (cui H dicitur), et in Riccardiano B (Rb), quo in Oed. Col. usus est Elmsleius, desinente u. 854. De utroque quid rei esset iam Elmsleius intellexit, cuius iudicio cum nemo oblocutus sit, pluribus ea de re disserendi causa non est. Sed ille liber Riccardianus, cuius lectiones in Aiace Antigona Philocteta ex schedis Elmsleii Gaisfordius edidit, non diuersus a codice Florentino bibliothecae Riccardianae 77, quem a C. Fr. Webero inspectum aliquot Philoctetae et Trachiniarum locis Hermannus memorat**), is igitur ambigitur utrum sit Ricc. B an qui cum Par. A plerumque conspirat Ricc. A. Illud probabilis existimauit Neuius (p. XV) ratione haud dubie hac inductus, quod R codicem plerumque (exceptis tamen Trachiniis) Laurentiani uestigia legere uideret. Sed cum eae lectiones, quae in editione Oed. Col. maiore ex Ra afferuntur, a Gaisfordio R libro tribuantur, hunc in reliquis quoque fabulis significari credas, ut idem liber in Oedipo Col. et Trachiniis Parisini A, in Aiace Antig. Phil. Laur. A familiam sequatur, nisi forte R nota aliis in fabulis alios codices designatos credere malis.***)

*) Is praef. p. XX codice praeter Aeschylum Septem aduersus Thebas et Persas Sophoclis Oedipum Col. Trachinias et Aiace contineri ait, cuius p. 269 unam lectionem u. 333 memorat: tacet de Antigona et Philocteta, quarum hanc tamen ipse p. 269 sq. aliquot locis cum codice F contendit. Sed nihil omnino mirandum est in homine, cuius inertiae et negligentiae prorsus incredibilis multa documenta deprehenduntur. Cfr. etiam Martini praef. ed. Hdl. u. 2 p. IX not.

**) Hoc quamquam Hermannus ita latuit, ut subinde Flor. R sigla iuxta poneret, tamen ea est utriusque libri conspiratio, ut non possint non pro iisdem haberi. Velut u. 167 et in R et in Flor. *οὐδέ τιν' αὐτῷ* uerba omissa esse dicuntur, u. 689 uterque habet *πῶς ἔστιν ἄρα* pro *πῶς ἄρα*, u. 707 *καρπὸν οὐκ ἄλλων* pro *σπίρον οὐκ ἄλλων*, quorum nihil alio in libro repertum est. Duobus autem locis quae diuersa ex iis afferuntur (u. 200 Flor. *χρῆν* R *χρῆν* et u. 509 Flor. *ῥα* superscripto *ποιῦ*, R *ῥα*) non maiorem habent uim, quam quod paucae quaedam lectiones ex alterutro tantum libro enotatae reperiuntur. Denique Hermannus Flor. finem habet in u. 873 nec R ab Elmsleio ultra u. 787 memoratur.

**) Cum Ricc. fere conspirat Parisinus numero 467 notatus, cuius lectiones in Philocteta usque ad u. 300 descriptas Hermannus a Bekkero accepit (praef. Phil. p. V.) In utroque enim est u. 64 *λέγ'* pro *λέγων*, u. 106 *οὐκ οὐκ* pro *οὐκ ἄρ'*, u. 97 *ἀργῆν* pro *ἀργὸν* et u. 35 Par. corruptela *γαλονγοῦ* proxime abest ab Riccardiani *γαλονγοῦ*. Quare non dubito, quin u. 116 Hermannus Parisini et Veneti nomina confuderit, quod duobus aliis locis factum ipse praef. l. d. excusat.

Hoc autem eodem loco dicendum est de critico ignoto, quem aliquo tempore ante Demetrium Trichinium Sophoclis fabulas recensuisse Elmsleius ad Oed. Col. u. 7 docuit, Thomam Magistrum fuisse suspicatur Schneidewinus p. 500. Eius recensionis Elmsleius hac in fabula duo exempla usurpauit, alterum Parisinum bibl. reg. 2787 (B), Oedipum regem Trachinias Philoctetam Oedipum Coloneum continens, quo iam ante eum Brunckius et Fähsius, sed pro more neglegenter usi erant, alterum Palatinum bibliothecae Vaticanae 287 (V) saec. XIII, Antigonom Oedipum Col. Trachinias Philoctetam complexum, cuius collationem et Doruillius habuit in editione Oxoniensi a. 1812 typis descriptam et longe meliorem ab Hier. Amatio accepit Elmsleius. Horum enim librorum Elmsleius ex una Oedipo Col. scripturas amplius centum uiginti composuit, posthac a Trichinio adsumptas, sed in nullo praeterea libro inuentas: quibus uix minus amplum earum lectionum indicem adiungere poterat, quas ex BV solis enotauit. Tertium his Hermannus (praef. Oed. Col. p. VIII. ed. 2.) addidit Venetum n. 616. fabulas omnes continentem, sed permultis locis mutilas, cuius lectiones Parisiis descriptas (unde in Antig. ab eo Parisinus appellatur) I. Bekkerus cum Hermannus communicauit. Iam uero illud quidem Elmsleius uerissime iudicauit, uehementer falsum iri, si quis eius recensionis auctorem meliores libros quam La aut A habuisse suspicaretur: sed definitius etiam non alio illum in hac saltem fabula fonte usum esse dicendum erat, quam ipso codice Laur. A. Argumenta ponam de multis potiora. V. 238 *γεραὸν πατέρα* A Ra La Lb FRb, sed cum in La ad *γεραὸν* supra scriptum esset *ἀλαόν*, utroque coniuncto *γεραὸν ἀλαόν π.* BV Tricl. V. 432 *κατήνυσεν* A Ra Lb FRb, quod cum in La uitio in hoc libro frequentissimo *κατήνυσεν* scriptum esset, anonymus inde *κατήνυσεν* (BV Tricl.) effinxit, nuper tamen a Nauckio commendatum. V. 780 in uerbis *τῆς δ' ἄν ἡδονῆς* in La excidit *ἄν* particula a A Ra Lb seruata, quem defectum expleturus particulam panaceam ille inseruit *τῆς δέ γ' ἡδονῆς* (BV Tricl.). Similiter factum u. 1432, ubi A Ra Lb *ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἦδ' ὀδός*, La *ἀλλ' ἐμοὶ ἦδ' ὀδός*, BV Tricl. *ἀλλ' ἐμοὶ γ' ἦδ' ὀδός*, quo scilicet hiatus uitatus, metrum pessumdatum est. V. 1226 pro *τὸ δ' ἐπεὶ φανῆ* in La est *τὸ δ' ἐπι φανῆ*, correctum tamen ab eadem manu. Hoc tamen nihil curans is, qui BV libros interpolauit, dedit *τὸ δ' ἐπι φανῆ*, ut adiectiuum ad *βῆναι* infinitiuum referretur. V. 1415 uera scriptura est in Lb A Ra *ὡ γαίτατι τὸ ποῖον Ἀντιγόνη: λέγει*. Sed cum in La proclui errore articulus omissus esset, eius loco corrector cuius manum BV Ven. libri referunt, uersum sanaturus *μοι* pronomen infersit. De u. 1130 et 1474 dictum est supra p. 8. His igitur locis omnibus cum anonymus ille unius La mendis institerit, quae alio quouis libro consulto facillime emendari potuerunt, etiam eis locis, ubi anonymi scriptura aliis quoque in libris inuenta est, eum consensum fortuito euenisse iudicabimus. Neque plures in tota fabula, qui huc referri possint, locos adnotauit

quam quinque hos: u. 158 ubi pro *κάθεδρος κάθυρος* praeter BV Tricl. etiam A man. pr. exhibet, u. 285 ubi in La Lb FRb est *δυσπρόσωπον*, in A Ra BV Tricl. *δυσπρόσωπον*, u. 531 ubi *δύο δ' ἄται* habent Ra BV, *δύο δ' ἄτα γρ. ἄται A, δύο δ' ἄτα La, δύο δ' ἄτα FRb* Tricl., u. 620 ubi quod in BV Tricl. inuentum est *ἐκ μακροῦ χρόνου*, ex cod. A scriptura *ἐκ σμικροῦ χρόνου γρ. λόγον* natum esse uideri possit. denique u. 1277 ubi quod in codicibus BV Tricl. est *δυσπρόσωπον* in A ad explicandam uulgatam *δυσπρόσωστον* adnotatum est.

Licet uero etiam in reliquis fabulis, quamquam in his libros eos de quibus quaeritur non eadem cura collatos habemus, tamen non dubia eiusdem recensiois uestigia obseruare. Quae cum plurima in Trachiniis animaduertim, malui tamen Antigoniae exemplo rem comprobare, unde simul ad idem librorum genus duos alios pertinere pateat, quorum in utroque Ajax Electra Oedipus rex Antigonae insunt: Augustanum ab Erfurdio b littera notatum quem et Io. Schweighaeuserus in usum Brunckii et diligentius Hermannus excusserunt, et Parisinum n. 2884 (E), item ab Schweighaeusero collatum posteaque aliquot locis a Fähsio inspectum. His igitur libris quod cum BV Ven. commune fuit archetypum has olim lectiones habuisse uerisimile est. V.97 * *μῆ* E Aug. (uulgo *μη οὐ*). u. 108. *ἔξτερόφ* E Aug. V ex schol. (*ἔξτερόφ*). u. 153 *παννυχίος* Aug. V Ven. (*παννύχιος*). * *ἠλιχθων* Aug. Ven. ex schol. (*ἠλιχθων*). u. 157 *τίνα* Aug. Ven. schol. (*τινά*). u. 225 * *είρον* Aug. V Ven. Liuin. v *) (*ἔσρον*). u. 318 *δέ* E Aug. Plut. garr. 509 A. (*δαί*). u. 340 * *ἠλομένων* E Aug. V (A *παλλομένων*, La *ἀπλομένων γρ. ἠλομένων*). u. 345 *καὶ θηρίων* E Aug. V (*καὶ θηρίων*, sed Tricliniani *θηρίων τ'*). u. 351 *ἄξει* Aug. V (*ἄξειται* uel *ἔξειται*, Tricl. *ἔλῶν ἄγει*). u. 512 * *κατὰ γρονός* E Aug. V Liuin. v **) (*καταγρόν*). u. 551 * *θοῦ* EV *θ'* *αὐ* Aug. (*τοῖς* La pr. A). u. 619 * *προσάρη* V pars Brunckianorum (credo Aug. ET) Liu. v. suprascr. *προσάρη (προσ-αίρη* *αὔρη* La *προψαίση* A). u. 836 *φθιμένην* V *φθιμένην* Aug. Ven. Liuin. v (*φθιμένην* La sec. R *φθιμένην* La pr. rell., sed Tricl. *γε φθιμένην*). u. 888 *ζῶσαν* Aug. V (*ζῶσα*). u. 970 * *ἀγγίπολις* Aug. (*ἀγγίπολις*) u. 1032 * *φέροι* EV *φέροι* cum gl. *λέγοι* Aug. *λέγοι γρ. φέροι* Liuin. v (*λέγοι* La *λέγει* A). u. 1107 *τρέπον* E Aug. (*τρέπει*). u. 1108 *ἴτ'* EV Aug. Ven. Liu.

*) Est hic alter eorum librorum, quorum lectiones ab Io. Liuineio Romae quondam Aldini alicuius exemplaris margini adscriptae postea editae sunt in Classical journal uol. 14. Eum uero librum cur non totum ad hoc genus retulerim, intelleges ex Ant. u. 340 (*ἀπλομένων* La F *ἔσ* *ἀπλομένων* Liu. v.) u. 1189. (*δμωῶσι* La *δμωῶσι* F Liu. v) sim. Praeterea temerariis grammatici correcturis infectus est (ut Ant. u. 634 *πάνθ' ἂ χρῆ* pro *παντὶχῆ*), quas etiam pluribus auxit alter Liuin. liber p littera signatus.

**) In Ven. desunt u. 495—743 et postrema pars fabulae inde a u. 1262.

v T (*οἴ τ' A ἴτ' La ἴτ' ἴτ'* Dresd. a). Harum lectionum eas, quibus asteriscum praefixi, Triclinius in suum usum conuertit: reliquarum nulla est, quae alio in libro inuenta sit. Ceterum hac quoque in fabula Laurentianum praecipuum critici illius fontem fuisse tales

loci testantur, qualis est u. 514 ubi *δυσσεβεί* A edd. uett. *δυσσεβῶν* La *δυσσεβῆ* Aug. EV

Ricc. Tricl., uel u. 565 ubi *κακῶ* A edd. uett. *κακοῖς* La *κακοῖς* Aug. F *κακῆ* EV Tricl. Sed aliis locis etiam Riccardianum cum isto conspirare memorabile est, ut u. 467 *ισχόμεν* est in R Aug. E Triclin. et u. 520 *ἴσον* in RE V Liuin. v. Tricl. Atque in Oedipo rege cod. B, ex quo illam fabulam denuo Fähsius l. d. p. 238 sqq. contulit, permultas scripturas cum γρ nota appositas habet, quae ex aliis quoque libris modo hoc modo illo afferuntur.

Huius uero recensiois exemplar nactus Demetrius Triclinius saeculo quarto decimo extremo uel ineunte quinto decimo poetam denuo recensendum suscepti ita ut plurimas anonymi scripturas suas faceret, aliis autem pro suae certe emendationis fundamento uteretur. Ne exempla desideres, quod OC. u. 744 in uerae lectionis *κάκιστος, ἀλγῶ* locum reposuit *μάλιστ' ἀλγῶ*, ex eo natum esse patet, quod in B *ἀμέτρω* est (et in F corr.) *μάλιστ' ἀλγῶ*, nec u. 28 *μὲν γ'* pro *μῆν* scripsisset, nisi *μὲν* apud anonymum inuenisset. Sed etiam alia praeterea subsidia Triclinio suppeditasse cum inde colligatur, quod aliquoties antiquam scripturam ab illo proscripam restituit, tum ipse haud paucis scholiorum locis ad ueterum librorum fidem prouocat. In quibus quae se legisse ait, cum magnam partem in iis quoque quibus nos utimur codicibus reperta sint, ne in reliquis quidem satis caussae uidetur esse, cur eius fidem in dubium uocemus. Neque tamen eorum quidquam ita comparatum est, ut ex libro praestantiore quam qui nunc supersunt deriuatum uideri debeat. Ipse uero Triclinius quae nouauit multo pauciora esse, quam olim crediderunt, inde ab illo tempore intellectum est, ex quo nonnulla quae Brunckius Triclinio accepta retulit in La quoque exstare, plurima uero iam ab anonymo isto immutata fuisse cognouimus. His igitur deductis in Oedipo Coloneo, ut hac iterum utar, correctiones uere Triclinianae uix nonaginta restant, quarum longe maior pars in melicis reficiendis uersatur, a quibus anonymus manum fere abstinuit. Ex quibus quamquam duodecim tantum uel tredecim hodiernis criticis probantur, plura autem corrupisse potius quam correxisse existimandus est, tamen ne in exagitandis eius erroribus nimis luxuriemur, suo monitu cauit Hermannus (in Oed. tyr. u. 508). Quin etiam metricas eius rationes quamuis nunc uel pueri in scholis confutare sciant, aliquanto aequius aestimabis, ubi ea illum aetate uixisse reputaueris, qua metrorum scientia omnino nulla esset, neque per proximorum saeculorum decursum quemquam ante Ricardum Benteleium exstitisse, qui eo saniora

traderet. In interpretando autem poeta intelligentissimus existimator Schneidewinus (p. 500) tantam Triclinium laudem meruisse iudicauit, quantam post ueteres scholiastas neminem. Ceterum Triclinianae recensionis exempla scripta adhuc tria innotuerunt, codex Parisinus regius catalogi 2711 qui fabula nulla caret, a Brunckio et in Oed. Col. iterum ab Elmsleio collatus, Dresdensis prior (plut. D. n. 21) Aiace Electram Oedipum regem Antigona complexus, quo usus est Erfurdus et in scholiis Dindorfii p. 404 sqq., denique Neapolitanus, olim Farnesianus, cuius uarietatem Elmsleius ex sola Oed. Col. adnotauit.

Hos igitur omnes quos adhuc descripsimus libros ab eodem exemplari oriundos esse dicimus ne iis quidem exceptis, quibus Triclinius usus est, inter quos ullum fuisse Par. A similem est cur negemus: in indaganda uero illius exemplaris scriptura unius potissimum La fidem sequendam esse, reliquorum tamen praestantiores ea ratione adhibendas censemus quam supra p. 15 indicauimus. Sed aliam ab his diuersam familiam ducit Parisinus regiae bibl. n. 2712 membranaceus saec. tertii decimi fabulas omnes complexus, quem totum sed more suo neglegenter Brunckius, diligenter in Oedipo Colon. Elmsleius compararunt. Diuersam eius originem cum illud coarguat, quod uerba *ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν* in reliquis libris post Antig. u. 837 inculcata solus ignorat*), tum lectiones permultas habet sibi cum paucis asseculis proprias, ab reliquis omnibus dissidentes. Memorabiliores quasdam p. 7 sq. congestas uidisti: in quibus qui plerumque cum A concordat Riccardianus prior (Ra) ab Elmsleio in Oedipo Col. uersatus, illius ita similis est, ut facile ex eo transcriptus uideri possit. Sic u. 1540 *χῶρον δ' (ἐπεὶ γὰρ με τοῖς θεοῦ παρὸν) στείχωμεν ἦδη*, ubi Ra *δέ* particulam omittit, propius ad uerum accedit A, qui defectum spatio uacuo post *χῶρον* relicto prodit, et quod u. 1192 pro *ἀλλ' ἐὰν αὐτόν* in Ra non *ἀλλ' αὐτόν* uel *αὐτόν* ut in reliquis, sed *ἀλλὰ σεντόν* habetur, inde profectum uideri debet, quod qui codicem A scripsit inter *ἀλλ'* et *αὐτόν* *σε* uoculam superposuit, intellectum uidelicet adiunxerat. Sed obstant alia, uelut u. 41 in Ra recte seruatum *σεντόν*, cuius locum in A *σεντόν* obsidet. Quibus nisi error subest (nam scriba Ra non is fuisse reperitur, qui talia ipse emendaret), contentum istum potius ab exemplari quod utrique commune fuerit, repetere debemus. Nec dissimilis est in Trachiniis codicis Ricc. (Flor.), quo Hermannus utitur, condicio: de ceteris uide quae scripta sunt p. 16. Tertius autem in eadem societatem uenit in duabus saltem fabulis liber Harleianus, cuius lectionem ex Aiace Electra Trachiniis Philocteta Porsonus in aduersariis adnotauit. Cuius rei argumenta duo sed luculentissima afferam haec, quod Trachiniarum u. 1117 Harl. solus

*) Testatur Wexius, cuius gratia Car. Ben. Hasius aliquot Antigona locos inspexit.

cum A omittit et Phil. u. 47 cum eodem et Aldina *μολεῖν*, non *λαβεῖν* scriptum offert. Ceterum et Harleiano et Riccardiano facillime carere poteris, si quando de A codicis indole satis certo ubique constabit.

Superest adhuc magna eorum librorum copia, quibus solae fabulae tres priores Aiace Electra Oedipus tyrannus continentur. Etenim quod in Aeschylō Euripide Aristophane idem in Sophocle accidit, ut euanescente in dies antiquarum litterarum studio Byzantini homines trina singulorum poetarum dramata legenda describenda enarranda deligerent, reliqua abiicerent. Eos uero libros etiam si maiore cura exploratos haberemus, tamen ad suum quemque genus reuocare res foret perquam impedita, quoniam non nulli diuersis e generibus mixti sunt, neque uero ex labore improbissimo satis magni fructus redundarent. Nam quidquid in illis probabiliter nouatum est, id omne grammaticorum sollertiae, non fontium quos adierunt bonitati tribuendum est. Quod quo iure contenderim planissime perspicietur, ubi locos omnes in unum collectos exhibuero, qui istorum exemplarium ope emendati eduntur.

- Aiac. u. 225 *ἔπο κληρομέραν* Par. D: uulgo coniunctim.
 u. 236 *τὰ* Barocc. 1 2. Ien. Tricl.: *τὰς* reliqui.
 u. 239 *ῥίπτει* pro *ῥίπτει* ex uno Mosq. b allatum.
 u. 456 *τ' ἄν* Mosq. b, unde Erfurdus *τ' ἄν*: rell. *γ' ἄν*.
 u. 884 *ἰδρις* recte omittunt Mosq. ab.
 u. 914 *ὁ* ante *δεσπότημος* omittunt Harl. Mosq. ab Barocc. 2.
 u. 959 *βασιλῆς* D: alii *βασιλῆες*, *βασιλῆς*, *βασιλεῖς*.
 u. 1227 *ἀνομιμαί* Par. C Aug. b Brunckii liber: rell. *ἀνομιμαί*.
 u. 1230 *ἐκόμπεις* cum *γρ.* adn. D: rell. *ἐφρόνεις* uel *ἐφόνεις*.
 u. 1296 *φαιτίσας* DE corr. Dresd. b T pro *φαιτίσας*.
 Electr. u. 305 *μοι* Flor. A cum Thom. mag. u. *διέφθορον: μου* rell.
 u. 581 *τιθῆς* solus ut uidetur D: rell. *τίθης* uel *τίθης*.
 u. 583 *τηγάνους* Bar. 1 Bodl. Laud. Mon.: rell. *τηγάνεις*.
 u. 650 *αἰ* pro *αἰ* solus ut uidetur Flor. A.
 u. 724 *Αἰνῆνος* Brunckii lib. cum Eust., quod u. *706 etiam Lc seruauit: rell. *Αἰνῆνος*.
 u. 1174 *ἀμυχανῶν* pro *ἀμυχανών* C.
 u. 1275 *πολέπονον* Ienens.: *πολέστονον* rell.
 u. 1347 *ξενίης* Bodl. Laud. Ien. Aug. b: rell. *ξενίεις*.
 u. 1384 *ὄπη* D: reliqui *ὄπου*.

- u. 1403 ἡμᾶς quod Reiskius inseruit supra scriptum est in Ien.
 u. 1469 τοι D Brunckii cod. Lips. ab Mosq. ab Harl. Bar. 2 Bodl.: τε reliqui.
 Oed. tyr. u. 657 βαλεῖν Aug. c (A) cum Suida: rell. ἐκβαλεῖν.
 u. 893 θυμοῦ ΔΘ et pro u. l. Lips. a Mosq. a: rell. θυμῷ.
 u. 1061 ἐγὼ cod. Chigianus *) apud Schowium de charta papyracea musei
 Borgiani cum schol.: rell. ἐγω.
 u. 1182 ἔξῃκοι Le Dresd. b: uulgo ἔξῃκοι.
 u. 1349 ἀπ' omittunt Aug. bc Dresd. b Triclin.
 u. 1389 ῥ pro ῥν ex solis Lips. ab Laud. notatum est.

Itaque horum librorum ceteram lectionis farraginem omnem abiiciendam esse apparet, quorum plurimi partim collati partim non collati ubique in bibliothecis adseruantur. Neque uero maior est impressorum ueterum exemplarium utilitas, quibus comparandis non multum profectum iri C. Reiskius, in Aristophane diligentissimus editionum ueterum scrutator, suo iure auguratus est (praef. Oed. Col. p. XI). Sed quoniam ad cognoscendam textus quam uocant historiam scire utique interest, ex quibus quaeque fontibus deducta fuerit, eam quaestionem a multis tactam neque a quoquam profligatam quam fieri poterit paucissimis absoluere iuuabit. Et illud iam Brunckius intellexit, duas ueterum editionum quasi familias esse, quarum alteram Aldina, alteram Turnebiana ducat. Nam Adrianus Turnebus regius et typographus et litterarum Graecarum professor cum a. 1552 **) Sophoclem excuderet, primus Triclinianam recensionem inuexit, quam proximi editores H. Stephanus G. Canterus Th. Iohnsonus Io. Franc. Vauillersius Sam. Musgrauus passim refictam expresserunt omnes, usque dum Brunckius a. 1786 praeclaro instituto crisin Sophocleam ad ueterum librorum fidem reuocauit: unde factum est ut eius editio a proxime antegressis tanto interuallo distet, quanto ab ipsa sequentium nulla. Neque eorum qui Turnebum secuti sunt quisquam noua emendandi adiumenta attulit, nisi quod Iohnsonus et qui Oedipum utrumque et Antigonom in pentalogia dramatum Graecorum a. 1758 edidit Io. Burtonus Britannos quosdam eius generis libros adhibuerunt, quod p. 21 descripsi. Nam H. Stephanum quod nonnulli crediderunt codicibus manu scriptis usum esse, falsum esse monstrauit Elmsleius praef. Oed. Col. p. VI. Ipse uero

*) Codicem huc retuli, quantumuis Schowius summae eum in emendando Sophocle auctoritatis esse affirmet. Sed recentem dicit Montefalconius bibl. bibl. 1. p. 175.

**) Turnebianae exempla quae uidi partim annum 1552, partim 1553 prae se ferunt, eo inter se diuersa, quod ab illis scholia Tricliniana, uariarum lectionum appendix, uerborum index absunt.

Turnebus in praefatione unum memorat librum ab Aemaro Ranconeto sibi commodatum *) Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου σημειώσεις στιχογραφίας ἐξηγήσει διορθώσεις ἐς εὐρυθμον καὶ ἑμμελές ἐν μάλα διηκριβωμένον neque aliis eum codicibus manu scriptis usum fuisse ueri simile est. In margine quidem plurimae per totum librum uariantes lectiones adnotatae reperiuntur et in calce uoluminis inter scholia Tricliniana et indicem insertae αὶ διάφοροι γράφαι καὶ σφαλμάτων τινῶν ἐπανορθώσεις ἐν τοῖς τοῦ Σοφοκλέους δράμασι, quarum lectionum eis, quibus operarum tantum errores corriguntur, plerisque γρ. nota praefixa est. Reliquas uero aut ab editionibus antiquioribus aut a suo exemplari Tricliniano, si eius scripturas non iam in textum admisisset, aut denique a scholiis Romanis sumpsit: paucissimae sunt, quae cum aliunde non innotuerint, tamen uel ex Ranconeti libro petiisse uel sua coniectura inuenisse uideatur. Ad illud genus referas e. g. Ant. u. 342 (348 T.) πορεῖον, Oed. Col. u. 1021 (986) ἐνδείξη u. 1196 (1163) παθήμαθ' ἄ: ipsi Turnebo debere probabile est Oed. Col. u. 1007 (972) τιμαῖς, u. 1450 (1416) μοίρα. Multo plura in ipso textu de sua coniectura mutauit et menda plurima per superiores editiones omnes propagata perite sustulit, ut optime de poeta promeruisse censeretur, nisi fucato Triclinianae recensionis nitore sibi imponi passus esset.

Ab huius interpolationibus immunis est editio princeps Venetiis in academia Aldi Mantutii Romani a. 1502 nitidissime expressa. Quam quod Neuius p. XVII codicem secutam esse scribit Parisino A simillimum, in quattuor extremis fabulis ita manifestum est, ut exempla componere supersedeam. Itaque in his quidem tragoediis, donec Parisino libro diligentius comparato utamur, Aldinum exemplar hunc usum praebere poterit, ut ex eius scriptura de illo coniectura capiatur. Nam de suo quae Aldus intulisse uideatur, paucissima offendi ut Oed. reg. u. 763 ὠδ' ἀνῆρ, Phil. 281 ὄσον pro ὄσον. At multo secus res habet in reliquis fabulis, in quibus ab codice A plerumque dissidet Aldina et potius aliquam eorum refert similitudinem, quibus communem esse cum La originem docuimus. Cfr. Ai. u. 969. 994. 1000. 1022. 1113. 1154 al. Iam uero ex Aldina editione proxime sequentes ad Turnebianam usque fere totae pendent, quippe quae uel apertissimas illius mendas secure alia ad aliam propagauerint, sed ut tamen quaedam earum genera dignoscere liceat. Et Simonis Colinaei quidem exemplum Parisiis a. 1528 excusum pariter atque Sece- rianum, quod cum Ioach. Camerarii 'commentariis interpretationum argumenti Thebaidos fabularum' Haganae prodit a. 1534, rarissime loci obueniunt, ubi ab Aldina dissentiant:

*) Hunc Ranconeti librum Elmsleius (ad Oed. Col. u. 7. 185) non alium atque Paris. T fuisse credidit, sed quamuis huic simillimum tamen aliquatenus ab eo discrepasse probauit Dindorf schol. uol. 2. p. 390 sqq. Cfr. Brunckii praef. p. VI.

id quod in Seceriano nusquam factum memini nisi typographorum uitio, Colinaeus nonnulla suo iudicio mutauit, uelut Oed. Col. u. 1191 *θίμιν* pro *θίμης* reposuit. De trium priorum fabularum uariis lectionibus, quas ad calcem Colinaeanae in quibusdam exemplaribus reperiri testatur Elmsleius praef. Oed. tyr. p. VI ed. Lips., ego non habeo quod dicam, quoniam hac sola ueterum editionum utendi mihi potestas non facta est.

Verum aliquanto plus praestitisse Antonium Francinum Varchiensem, cuius cura poeta adiectis in margine scholiis Florentiae prodiit per heredes Philippi Iuntae a. 1522, indicio sunt praefationis uerba haec: 'Sedebamus — simul conferentes uetusta exemplaria et ea optima nouaque i. nuper excusa, quotquot habere potuimus, Sophoclis septem quae exstant tragoediarum — in quibus conferendis multa castigauimus, praesertim iis tribus quae primae excuduntur'. Et harum certe libro manuscripto Francinum usum esse eo euincitur, quod primus nouitia quaedam earum scholia ueteribus immiscuit, quae in Brunckii scholiorum minorum collectione asterisco notata reperiuntur*). Ex eodem igitur exemplari reliquis eiusdem generis non praestantiore sumpsisse uidetur, quas Aiacis et Electrae lectiones primus admisit: in Oedipo rege quid indidem profecerit nihil inuenio, nisi u. 944 *λέγ' ἐγώ* scribae oscitationi tribuere malis, quam errori typographorum qui plurima in eo libro peccauerunt. Eas uero mendas plerasque repetiit atque pluribus etiam et grauioribus auxit Iuntina altera a. 1547 excusa, omnium tamen ueterum editionum secundum Aldinam maxime memorabilis. Cui praefaturus Bernardus Iuncta haec scribit: 'Illud te studioso lector admonemus, in utroque Oedipo et in Trachiniis quaedam a nobis immutata esse multaque ad fidem uetustorum codicum restituta. Habuimus u. mirae uetustatis et fidei exemplaria, ex quibus et haec ipsa et declarationes quae ibidem additae sunt hausimus. Quae quidem a docti uiri et adiuuandi ueteres auctores mirifice cupidi sedulitate profecta sunt. Quod si in caeteris idem nobis per eius occupationes licuisset, profecto non ueremur affirmare, nobilissimum poetam perfecte planeque suo nitore restituisse.' Atqui uetusta haec exemplaria non alia dici nisi ipsum codicem La uel eius simillimum planissime monstrauit Elmsleius (Oed. reg. praef. ed. tert. p. 27. p. V. ed. Lips. Oed. Col. praef. p. V.), qui idem nonnulla editorem**) ab scholiasta sumpsisse, ut Oed. Col. u. 84 *ὦ πάντι' ὦ δεινῶνες*, alia autem de coniectura reposuisse uideri indicauit (praef. ed. Oed. tyr. primae p. VI. exemplo usus u. 1170). Sed ex Iunctae uerbis ne in solis tribus istis fabulis recognoscendis eius operam constituisse concludas, uetant eiusdem libri

*) Hinc corrigas, quae Wexius scripsit Antig. uol. 2. p. VIII sq.

**) Petrum Victorium fuisse aiunt, quem etiam in Aeschilo recensendo codice Laurentiano usum esse constat.

La etiam per reliqua dramata inspecti uestigia. Velut in Electra scripturae e solis La eiusque affinis notatae in Iuntina primum comparent hae: u. 189 *λιταῖσιν* u. 337 *ποιῆν* u. 446 *ἐξαίμαξεν* (uoluit *ἐξαίμαξεν*) u. 623 *ποιεῖ* u. 624 *ποιεῖς* u. 825 *ἀέλιος* u. 1260 *ἄν* om. u. 1297 *ἐπελθόντων* u. 1393 *ἐδώλιε* u. 1449 *τε φιλάτων* u. 1471 *φίλος* (de u. 1396 dubia res est). Alia tamen sunt, quae cum ex libro manu scripto petita esse pateat, in La non leguntur: cuius generis ex Antigona notabiliora afferro u. 357 *γυγὰ* (debebat *ψυγὰ*) cum Aug. b ante *πάγων* insertum, u. 512 *κατ' ἀχθονός* (Aug. b E Vat. Liuin. v Triclin. *κατὰ χθονός*, reliqui *καταντίον*), denique u. 340 *τελλομένων*, quod proxime accedit ad *ειλομένων* EV Aug. b Triclin. lectionem. Atque codicum praeter La subsidia B. Iunctae praesto fuisse testantur scholia quaedam recentiora, quae primus protulit a Laurentianis diuersa ut El. u. 1366. 1478.

Omnium uero optime, si solus exemplorum numerus spectaretur, de Sophocle promeruisse iudicandus esset Petrus Brubachius typographus Francofurtanus, qui quater poetam exprimentum curauerit, bis scholiis instructum a. 1544 et 1555, bis omissis scholiis a. 1549 et 1567. Eorum librorum primo Iuntinam priorem, tertio a. 1555 Iuntinam posteriorem plerumque reddi Wakefieldus et Hermannus adnotarunt, quod ita uerum est, ut subinde tamen ad alia exemplaria deflexerint. Velut a. 1544 editio aliquoties Iuntinae lectionem Aldinae posthabuit (Ai. u. 130. 301. 419. 421. 597. 602. al.), interdum utramque exhibet, alteram in textu alteram in margine positam (ut Ai. u. 717. 881. 1113. El. u. 123. 1081. 1084. 1258). Neque dispar est condicio Brubachianae secundae et quartae et Vitebergensis a Matthaeo Welack a. 1585 excusae, quam cum illa singulis fere paginis concinere ac saepe etiam operarum errores repetere Martinus p. V. not. obseruat: qui libri omnes aliud aliis locis exemplar expriment, nihil ipsi afferunt, quod codicem editores usurpasse arguat. Neque tamen Brubachii opera plane contemnenda est, ut qui superiorum errores aliquot primus sustulerit, sicut Oed. reg. u. 746 *προσ'* Phil. u. 178 *δύστατε* u. 226 *στολλῆς* al.

Consecuti iam hoc nobis uidemur esse, ueteribus libris impressis nullum poetae emendandi praesidium contineri, nisi quod pusillas quasdam mendas alia alias correxerunt. Sed manu scriptorum, quorum quidem aliqua ratio ducenda est, si quidem duo genera esse supra demonstratum est, non poterit cuiquam obscurum esse, quomodo iis in indaganda communis archetypi scriptura utendum sit. De qua certissime constabit iis locis, de quibus inter utriusque familiae duces conuenit: in horum autem dissensu si quam codicis A scripturam alterius quoque generis unus pluresue offerunt, eam iam in illo exemplari, unde La et affines originem duxerunt, exstitisse colligitur. Qua uia ubi in hoc libro duas scripturas fuisse effectum fuerit, circumspectum erit, utrum ea scripturae

duplicitas ex ipso archetypo repetita an alterutra postea demum aliunde adnotata fuisse uideatur. Nam passim iam communi omnium archetypo uariantes lectiones appositae fuisse testimonio sunt loci eiusmodi, qualis est Antig. u. 53, ubi cum deteriores inter *πάθος* et *ἴπος* fluctuent et La et A *πάθος* superscripto *ἴπος* exhibent, uel Oed. reg. u. 722, ubi ad uulgatum *θανεῖν* La Lc uterque man. sec. *παθεῖν* idemque supra scriptum A habent, ut loco utroque utramque lectionem ex archetypo propagatam esse constet. Et plures ex eodem fonte scripturae discrepantias profectas esse scholiastae uel aliorum scriptorum auctoritate euincitur. Velut Ant. u. 1275 in A est *λειπάτητον*, sed pro u.l. superscriptum *λακπάτητον*, quod cum Eustathio p. 625, 21. 796, 5. habent La FV. *λαξπάτητον* Ib Aug. b E Dresd. T Liuin. v, et *λειπάτητον* et *λακπάτητον* iam scholiastam reperisse Hermannus ex his eius uerbis conclusit: *τὴν μὲθ' ἑβρεως ἀποθουμένην ἢ τὴν μεγάλως καταπατουμένην*. Similiter Ai. u. 582 *θρηεῖν* praebent La Lb F A Pal. Aug. b A Eustath. p. 648, 19. 1147, 8. Suid. u. *θρηεῖν* optimique eius libri (AV) u. *ἐπιφθός* et *πέκαζε*, *θροεῖν* A pro u. l. et deteriores multi schol. Arist. Plut. 355. Fauor. u. *θανιτόω* Moschop. *περὶ σχεδῶν* p. 25. Magis ambigua res est Phil. u. 498. *τοῖμὸν ἐν σμικρῷ μέρει ποιοῦμενοι*, ubi quod solus A man. pr. praebet *μέρει* iam in archetypo fuisse uideri potest, cum idem in libris optimis Suid. u. *διάκοπος* inuentum sit (*μέρος* Suid. u. *στόλος* sine u. l.). Talium igitur lectionum ultra quoque loco praeferranda sit, ex ipsa earum bonitate diiudicandum est. At ubi duae familiae totae inter se dissident, ut ex sola earum auctoritate iudicium suspensum sit, maiorem fidem Laurentiano eiusque affinis habendam esse certum est, ut qui sinceram scripturam plurimis locis soli seruauerint et uix usquam suspitione interpolationis premantur. Quam certo indicio in La semel tantum me deprehendere memini Oed. Col. u. 1130 *καί μοι χέρ' ὄναξ δεξιάν ὕρεξον*, ubi cum leni uitio *χέρ'* in *χαῖρ'* corruptum esset, in Laurentiano ut sensus constaret τ' post *δεξιάν* infertum est, unde profectus alius postea metrum sic restituit *καί χαῖρέ μ' ὄναξ δεξιάν τ' ὕρεξον* (B T Farn.). Audaciorem quamuis et ipse perraro correctoris manum expertus est Parisinus liber, uelut Oed. Col. u. 1318 sq. *ὁ πέμπτος δ' εἴχεται κατασκαφῇ* *Καπυεὺς τὸ Θίβης ἄστυ δηώσιν περὶ* in A Ra pro *περὶ* est *τάχα*, quod Hermannus intellexit correctoris esse, qui non putaret *περὶ* et *κατασκαφῇ* recte coniungi. Itaque hunc librum in utriusque familiae dissensu iis tantum locis in partem uocandum esse patet, ubi La scriptura uel per se spectata uitii suspitionem mouet uel num ex eo, unde La profluxit, libro repetita sit, ceterorum indidem deriuatorum exemplarium causa ambigitur.

Has igitur fere leges sequendas esse putamus ei, qui Sophoclis fabulas ad artis normam recensere animum induxerit. Quod beneficium ut tandem aliquando huic quoque poetae praestetur, omnibus litterarum Graecarum studiosis exoptandum est, quamuis

hac opera poetam non multum ab ea forma diuersum exstiturum esse auguremur, qua nunc in exemplaribus circumfertur. Neque uero illa prouincia satis dextre administrari poterit, nisi praestantissimis saltem antigraphis Laur. A et Par. A denuo curiose examinatis. Et Parisinum librum mea gratia conferendum suscepit qui nunc Parisiis degit Guilielmus Fröhner: quod restat in uotis est, ut etiam Laurentianae membranae ea qua in his maxime opus est cura et diligentia explorentur.

Scribebam m. Aprili a. MDCCCLX.

LIPSIÆ

TYPIS A. EDELMANNI, TYPOGR. ACAD.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES

1010679367

